Nov. corpus Inscr. Graecarum

Ap. 157

Βασ. Ἀδιδείας. Ἐφέσου

- - εφ..... εωσν - -
- - ΗΗΗΗ . ΔΔΔΓΙ
Κιφάλαιον· ΔΔΔΔΤΤΧΧ[Η]ΗΗΗΗΔ
5. Ἐκ τοῦ δερματικοῦ.
Ἐπὶ Κτησιφῶντος ἀρχοντος.
Ἐγ Διονυσίων τῶν κατ' ἀγρὸν παρὰ
βωνῶν : ΗΗΗΙ
καὶ τὸ συριγνόμενον ἀπὸ τῆς
10 βωνίας : ΗΗ[Η]ΔΔΔ
Ἐγ Διονυσίων τῶν ἐπὶ Λυναίῳ,
παρὰ μυστηρίων καὶ τελετῶν,
ἐκ τῆς θυσίας τῷ Δήμητρι παρὰ
ἱερουργῶν [Η][Η]Δ.....
15 Ἐξ Ἀσκληπιείων παρὰ
ἱερουργῶν : ΗΗ[Η]ΔΔΔΔΙ
Ἐγ Διονυσίων τῶν ἐν ἄστει παρὰ
βωνῶν : [Η] [Η]ΗΗΗΗΙΙΙ...
Ἐξ Ὀλυμπιείων παρὰ τῶν τοῦ

2/ 20 δύο τοῦ ὀβολοῦ : 𐅄 ||||ΔΔΙ

ἐν τῇ θυσίᾳ τῷ Ἑρμῇ τῷ

ἡγεμονίῳ παρὰ στρατηγῶν : – –

ἐν Βενδιδείοις παρὰ ἱεροποιῶν

||||𐅄ΠΙΙ

25 ἐν τῇ θυσίᾳ τῷ Διὶ τῷ

σωτῆρι παρὰ βοωνῶν : Χ 𐅄

Κεφάλαιον δηρματικοῦ

ἐπὶ Κτησιμάχου ἄρχοντος.

𐅄 ||ΔΔΔΔΠΙΙΙ||||

30 ἐπὶ Νικομάχου ἄρχοντος.

ἐν τῇ θυσίᾳ τῇ εἰρήνῃ

παρὰ στρατηγῶν : 𐅄 ||||ΔΔΙΙΙΙ

ἐν τῇ θυσίᾳ τῷ Ἄρεϊ παρὰ

στρατηγῶν : ΔΔΔΔΙΙΙΙ|||||C

35 ἐν Παναθηναίοις παρὰ ἱεροποιῶν μαγ-

ειρικτόν : 𐅄ΔΙ|

..... ωνει

..... ΔΔΙΙΙ|||

Corpus inscriptionum Graecarum

157

Athenis, ex schedis Fourmonti. Editi Oec. civ. Ath.

Tab. II. n. 5. et explicui T. II. p. 243–259.

157

(ὑπερβάλλειν τὸ μέρος ὠνεῖσθαι).

Fragmentum tituli στοιχηδὸν scripti, sed a Fourmonto haud satis accurate delineatum; certe lacunae aliquoties debent maiores poni, quam quas Fourmontus notavit; et vs. 30. fortasse una littera in sinistram moventus est, et sic deinceps seteri, ita ut ΕΠΙ vs. 30. sit sub ΕΠΙ vs. 6. etsi res non tam certa, quam olim putabam. Universus titulus pluribus haud dubie columnis juxta positis comprehendebatur; ea quae superest pars continet tantum reditus; sed expensa quoque in alia parte potuerunt perscripta esse. Reditus ipsi per capita dispo-

siti erant, addita in fine uniuscuiusque capitis summa: talis summa superest vs. 3. haud minor 42 talentis et 2910 drachmis. Sequitur inde a vs. 5. δημαρχικόν: eius reditus per septem menses ne talentum quidem efficiunt (vs. 29.); quo ~~ang~~ argumento constat, priores rationes non esse dermatici, sed plura iis contineri redituum capita. Sed ex dermatici rationibus duorum annorum pars superest: igitur singula huius tituli capita plures continebant annos. Tales rationes non possunt alius magistratus esse quam τοῦ ἐπιμελητοῦ τῆς κοινῆς προσόδου καὶ ταμίου τῆς διοικήσεως, qui per quadriennium reditibus reibus publicae ordinariis praefuit (Oec. civ. Ath. Lib. II cap. 5. 6.). Tam vero quum δημαρχικὸν annorum Olymp.

111, 3. et 4. hoc titulo consignatum videretur, quaesivi, quis tum Curator redituum publicorum fuisset; recte mere mihi persuasi, fuisse hunc Lycurgum, de cuius administratione plura dixi I. c. Lib. III cap. 19. Nam Lycurgum constat duodecim per annos suo, per rediguos amicorum nomine, et de talentis 18900 ~~rationes~~ rationes reddidisse, partim prius aliquoties, partim paulo ante ~~et~~ obitum (Decret. ap. auctorem vitt. X oratt. in Plutarcheis T. VI p. 279. ed. Tub. et vit. Lucurg. ibid. p. 855.), qui Olymp. 113. accidisse videtur (cf Taylori vit. Lycurg. in Reisk. oratt. T IV. p. 117. et maxime Sophistam in Demosth. Epist. III.); ut consentaneum sit eius administrationem in hos ipsos

emnos Olymp. 111, 3. 4. incidisse, quum praesertim Lycurgus navalia et armamentarium Atticum absolverit, quorum exstructio Olymp. 110, 2. temporibus remissa erat (Fragm. Philochor. p. 76). Praeterea Lycurgum scimus rationes suas ante palaestram ab ipso exstructam publice proposuisse; easdem defendit oratione adversus Menesaechmum (ἀποδοχιμῷ ὧν στεφανίσεται), ex qua sola dermatici notitiam conservavit Harpocratio v. δερματικόν: ut certe ex talibus rationibus hoc fragmentum superesse pateat. Lycurgum autem ipsa Olymp. 111. maxima auctoritate fuisse et aliunde et ex Diodor. XVII, 15. colligitur; nec quod ei Alexander Demadem, de quo quis cogitaverit, tum non Curatorem redituum et ~~Quapropter~~ Quae-

storem administrationis, sed theoricis praefectum fuisse, probabiliter docui l. c. T. I. p. 182 sq. Quapropter hoc fragmentum ex ipsis Lycurgi rationibus nobis servatum judico. Accipe nunc titulum correctum.

(ἀποφαίνεται τὸν εὐθύνας τῶν ἀρχόντων)

ἀποφαίνεται i. e. restituit negnit; nam quod Osannus Syll. p. 176. rescribit τὸν ἄρχοντος Ζουνδίου, quod initio tituli Archontis nomine opus sit, et Spudiam hunc pseudeponymum dicit ac fortasse eundem, qui n. 142. Hellenotamias est, de ea re quid dicas nescias. Neque enim hoc loco titulus incipit, nec qui Oly-

mp. 92. 3. Hellenotamias fuit, potest Olymp. CCC. Archon esse, nec pseudeponymi Archontes in inscriptionibus ulli esse possunt (cf. ad. n. CCC.); postremo vocabulum ἄρχοντος ex usu huius tituli et plerorumque nomini viri postponendum erat. Sequitur vs. 2. summa specialis, deinde universa summae quadriennii quaestorii ex centro quodam redituum genere, quod a dermatico diversum fuisse supra docui. Vs. 4. haud dubie nihil scriptum erat, sed spatium relictum separandis capitibus. Etenim vs. 5. incipiunt jam rationes dermatici per universum quadriennium quaestorium, quod est Panathenaicum, a tertio cuiusque Olympidis anno ad tertium insequentis,

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

ut in Quaestoribus Minervae (v. Introd.): igitur primus est Archon Ctesicles Olymp. 111, 3. alter Nicocrates Olymp. 111, 4. duo reliqui deficiunt. Similiter in prioribus aliund genus re~~dituunt~~ dituum per eosdem illos quatuor annos descriptum erat, et ad eundem modum omnia. Δερματινόν est pecunia ex hostiarum pellibus, vermibus, vesicis, chordis et fatibus contracta; ὃ ~~compede~~ competebat, ut videtur, sacerdotibus in minoribus sacrificiis; sed in quibus id non antiquo jure sacerdotibus cederet, ut in ταῖς ἐνιαύσιοις ἑορταῖς, civitati reddebatur. Festa ipsa Archonte Ctesicle a sexto mense Posideone incipiunt, in quo Dionysia rustica; sequuntur Lenaea,

quae mense Camelione septimo celebrata esse dicui in Comm. de Dionysiis; tum Mysteria parva mense octavo Anthesesterione acta, et sacrificium Cereri; Asclepiea octavo die mensis noni Elaphebolionis celebrata (Corsin. F. A. T II. p. 308.), et Dionysia urbana eodem mense post Asclepiea; tum Olympiea et ~~sacrifi~~ sacrificium Mercurio, quae hinc percipicimus inter maxima Dionysia et Bendidea acta esse: Bendidea vero egerunt undecimi mensis Thargelionis d. 20. Ultimo loco memoratur sacrificium Iovi Servatori, credo in Dipoliis Scirophorionis duodecimi mensis d. 14. Sed archonte Nicocrate pri-

mum est sacrificium Paci, Hecatomb. d. 6.
et post Ammonis sollemnia memorantur
Panathenaea, intelligo minora, eodem
mense acta: tum deficit fragmentum.
Vides secundo anno rationes ab initio
anni procedere, sed primo anno a sex-
to fere mense: unde colligi potest, Cu-
ratorem redituum et Quaestorem ad-
ministrationis magistratum non initio ter-
tii Olympiadis anni, sed paulo ante
medium annum inisse. Vs. 2. ΛΥΕΙΩΝ
ix potuit aliud esse ac ΝΥΣΙΩΝ;
neque in ea anni regione aliud fe-
stum, quod restituere queas, prae-
ter rustica Dionysia invenies: itaque
haec reposui, licet Fourmantus ~~lacu~~ lacu-
nam, ut passim, paulo minorem reliquerit.
Litteras PA muto in ΠΑ; nisi malis lacu-
nam etiam ampliorem fuisse quam quae

et nobis statuitur. De βούραις dixi Dec. cir. Ath. lib. II cap. 12. Interpunctio vs. 8. et alibi ap. Fourm. est =, et liisque locis ∠ Neutrum verum puto, sed omnibus locis repono: ex vs. 26. Vs. 9–10. quoniam in expensis relata erat certa pecunia tauris emendis data, nunc quod inde superfuerat, in ~~retribus~~ reditibus refertur. Vs. 13. τῇ Διὶ πυρί scriptum fuisse post Mysteriorum mentionem, vix dubites. Ex Lenaeis, Mysteriis et sacrificio Cereris, aut in Mysteriis aut in Demetriis Cereri actis oblato, uno nomine computatur διὶ πυρίῳ, haud dubie quod sollemnia haec vicina erant. Num vs. 11. 12. in fine non tantum supplezi potest, ut et magistratus, qui numeraverit, et summa addatur; igitur quae summa vs. 14. notatur, ex tribus illis sollemnibus colle-

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

cta est. Mox comparent ὀλλοφύς τοῦ Διός, qui Olympieorum ~~sacrifi~~ sacrificio praesunt, ut n. 99. ubi v. plura. Vs. 22. Mercurius dicitur ὑφόριος, utpote ἀνόδιος (cf Schol. Aristoph. Plut. 1160. Arrian. de venat. 35. ~~Cornut~~ Cornut. de diis c. 16.): idem Megalopoli ἀγήτωρ vocatus (Paus. VIII, 31, 4.). Is igitur belli vias monstrat, ut Iovi ~~ἀγήτορι~~ ἀγήτορι sacra faciunt Spartani expedituri (Xenoph. R. L. 13, 2. intt. Hesych. v. ἀγήτωρ). Hinc vere, qua tempestate bella incipi solent, Mercurio Hegemonio sacrificium offerunt Praezores, nimium ea aetate in sacris pompisque occupati (Demosth. Philipp. I p. 47.). Vs 23. non audeo Ἀνδιδίων scribere. Vs. 26. sacrificium Iovi Servatori memoratur, qui statuam in arce, templum in Piraeeo

habuit. Id. sacrificium ex Plutarch. Demosth. 27 notum Corsinus F. A. T. II. p. 332. male in Boedromionem rettulit: ex nostro titulo id sub finem anni obletum esse patet, eodem fere, ut conieci, tempore, quo in arce agebantur Dipolia; sed illud sacrificium vide ne in Piraeo peractum fuerit, ubi deinde post pompam et immolationem epularetur populus. Vs. 29. summam habes dermatici Archonte Ctesicle, 5148 dr. 4 obol. Iam quum vs. 14. dermaticum ex ternis sollemnibus collectum esp. Fourm. sit dr. 160 et aliquid supra, eaque summa manifesto iusto minor sit, rescripsi ibi Γ pro H, ut sit dr. 560 et aliquid supra: quo facto, computatis singulis hominibus, desiderantur dr. 629, ob. 3. quae summa dividenda inter eos

locos, ubi aliquid periit. Postremo archonte Nicocrate sacra fiunt primum Paci, cuius religio non post Timothei demum Leucadicam victoriam instituta Athenis est, ut ex Nepot. Timoth. 2. traditur, sed antiquitus in Σωτηρίοις Hecatomb. d. 6 sacra Paci fiebant (Aristoph. Pac. 920. c. Schol.). Ammonis cultus diu ante Alexandrum M. per Cyrenaeos ad Graecos ceteros propagatus est, maxime ad Thebanos, Spartanos, Eleos, de quibus uberius egi Dec. civ. Ath. T. II. p. 259. sed Atheniensibus quoque colitur Iuppiter Ammon, oraculorum dispensator (Aristoph. Av. 716. 618.), miserunteque ad eum theorias, unde navis Ammonis iam Dinarcho commemorata (Harpocr. v. Suid. v. ταρίχη). Hesych. Ἄμμων (Ce-

ye Ἄμμων vel Ἀμμώνια). Ἑορτὴ Ἀθήνησιν εὐγορείν. Eodem pertinere videtur glossa Hesychii Ἀμμαζῶ. Ammoni immolant Praetores, credo quia theorias rerum bellicarum causa oraculum petentes d Ammonem mittere solebant. Vs. 35. 36. ..aud dubium est supplementum ἱερο-σῶν κατ ἰσιαστόν, quod non nimium ma-gnum est; certe solum ἱεροσυνῶν vel εὐθυδικῶν vel tale quid non sufficit lacunae explendae. Hecatomben in ma-gnis Panathenaeis curare ἱεροσυνοῦ κατ ἰσιαστόν, docet n. 147. pryt. II. Vs. 36 nu-merus ⊠ nimius est; restitui igitur ⊓.

(τιμη).

Bendis (i)

Corpus inscr. Graec.

Ar. 2034

Ὀλυμπιόδωρος [Β] ἰνδιδώρου στεφανωθὶς τᾷ γαρουσίᾳ τῶν ἀντίων τὰ Βενδίσια, τὸ ἄθλον Ἑρμᾷ καὶ Ἡρακλεῖ.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

2034.

Prope Bysantium, in marmore candido ed oram Bospori loco a Turcis Mpalta Limani dicto, supra promontorium Hermaeum (Rumeli Chisari). Ex schedis Graeci ed in Ἐφημερίδι a 1819. p. 57.

(σωφρ βάζιτας τὸ μύρινον).

Titulus optimae aetatis, quo praemium ex lampadephoria puerorum in ludis Bosporo sacris reportatum agonisticis diis dedicavit victor Bysantius. Ludi hi lampadephoriae fortasse Athenis translati sunt cum Atticis colonis, eo opinor loco habiti, ubi repertus lapis. Nomen Βενδίδωρος, ex Thracica Diana Bendide traductum, vidimus n. 496.

(τέλος.)